BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 214r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uarie locus. ubi crucifixerunt eum
Et dederunt ei uinum bibere cum
felle mixtum. Et cum gustasset no
luit bibere. Postquam autem cruci
fixerunt eum diuiserunt sibi uesti
menta sua sortem mittentes ut ad
impleretur quod dictum est per
prophetam dicentem. Diuiserunt
sibi uestimenta mea. et super uestem
meam miserunt sortem. Et seden
tes seruabant eum. Et imposuerunt
super caput eius causam ipsius scrip
tam. Hic est ihesus rex iudeorum
Tunc crucifixi sunt cum eo duo la
trones. unus a dextris. et alius a si
nistris. Preterientes autem blasphe
mauerunt eum mouentes capita sua
et dicentes. Vah qui destruis tem
plum dei. et in triduo illud reedifi
cas. Si filius dei es. Salua temet
ipsum descendens de cruce. Similiter
et principes sacerdotum illudentes
cum scribis et senioribus dicebant
alios saluos fecit. se ipsum non potest
saluum facere. Si rex israel est. des
cendat nunc de cruce et credimus
ei. Confidit in deum. liberet eum
si uult. Dixit enim quia filius dei
sum. Id ipsum et latrones. qui cruci
fixi erant cum eo improperabant ei. A
sexta autem hora tenebre facte sunt
super uniuersam terram usque ad horam
nonam. Et circa horam nonam
exclamauit ihesus uoce magna di
cens. hely. hely. lama. azaphtam.
hoc est. Deus meus. deus meus.
ut quid dereliquisti me. Quidam
autem illic stantes. et audientes di
cebant. Helyam uocat iste. Et con
tinuo currens unus ex eis. accep
tam spongiam impleuit aceto. et
imposuit arundini. et dabat ei bi
bere. Ceteri uero dicebant. Sine
uideamus. an ueniat helyas libe
rans eum. Ihesus autem iterum cla
mans uoce magna emisit spiritum
Et ecce uelum templi scissum est
in duas partes. a summo usque deor
sum. Et terra mota est. et petre scis
se sunt. et monumenta aperta sunt
et multa corpora sanctorum qui
dormierant surrexerunt. Et exe
untes de monumentis post resur
rectionem eius. uenerunt in sanctam
ciuitatem. et apparuerunt multis
Centurio autem et qui cum eo erant
custodientes ihesum. uiso terre
motu. et his que fiebant timue
runt ualde dicentes. Vere filius
dei erat iste. Erant autem ibi mulie
res multe. alonge que secute erant
ihesum a galylea. ministrantes ei.
Inter quas erat maria magdale
ne. et maria iacobi. et ioseph mater.
et mater filiorum zebedei. Cum
sero factum esset. uenit quidem
homo diues ab arimathia nomi
ne ioseph. qui et ipse discipulus
erat ihesu. Hic accessit ad pylatum
et petiit corpus ihesu. Tunc py
latus iussit reddi corpus. Et ac
cepto corpore ioseph. in uoluit
illud in syndone munda. et posuit
illud in monumento suo nouo. quod
exciderat de petra. Et aduoluit
saxum magnum ad ostium mo